

cum voce decisiva, vi litterarum Romæ die 31 Augusti 1853 datarum;

Rmus DD. Episcopus S. Hyacinthi, JOANNES-CAROLUS PRINCE;

Rmus DD. Episcopus Bypolitanus, JOSEPHUS-EUGENIUS-BRUNO GUIGUES;

Rmus DD. Episcopus Torontinus, ARMANDUS-FRANCIS-CUS-MARIA a comitibus DE CHARBONNEL;

Rmus DD. Episcopus Trifluvianensis, THOMAS COOKE.

I.—Placuit Patribus alias Coadjutores Episcoporum Provinciæ ad Concilium admittere cum voce tantum consultativa, juxta mentem S. Sedis, litteris diei 8 Julii 1852 expressam, eisque concedere facultatem sibi presbyteros se-ligandi qui inter theologos et canonistas connumerentur.

Vi dictæ concessionis admissi sunt Rmus DD. Episcopus Tloanensis, supradicti Illmi ac Rmi Archiepiscopi Quebecensis Coadjutor, CAROLUS-FRANCISCUS BAILLARGEON; et Rmus DD. Cydoniensis Episcopus, supradicti Episcopi Marianopolitanensis Coadjutor, JOSEPHUS LAROCQUE.

II.—Aberat Rmus ALEXANDER TACHE, Episcopus S. Bonifacii, in Territorio vulgo dicto *le Nord-Ouest*, qui litteris die 23 Decembris 1853 ante dicti Concilii convocationem scriptis, fatebatur sibi facultatem futurum Concilium adeundi non fore, ob gravia quæ missionibus suæ vastæ diœcesis evenirent damna, si præsenti tempore eas relinqueret.

III.—Illmus ac Rmus DD. Archiepiscopus Quebecensis, de consilio et consensu Rmorum aliorum Patrum Con-